

## SALES LVPI AC LEONIS

### Pars decima: de curriculis Bononiensi modo

**Leo:** Salve, Lupe; ex me audies aliquid mirabile auditu, si mihi credes!

**Lupus:** Tibi credam, quamquam creditum non habeo ut tibi dem!

**Leo:** Nouissima curricula ad nos perueniunt Bononia. Cursus honorum et honor cursuum deponendi sunt! Nunc cycli studiorum uenturi.

**Lupus:** Quot cycli? Estne monocyclus, bicyclus an tricyclus?

**Leo:** Tricyclus erit. Sed incipiamus a primo cyclo. Triennium satis est ut homo nullius rei peritissimus sis. Dicunt igitur hunc cyclum lata fascia.

**Lupus:** Hoc est sine studio studere! Superuenit nobis felix aetas noua: homo insipiens lato sensu regnabit in terris!

**Leo:** De secundo cyclo loquar. Biennium sufficit ut paruulus magister fies.

**Lupus:** Magistrale dixisti! Superestne sapientia quaedam ad sapiendam?

**Leo:** Magis magisque! Tandem tertius cyclus augustus ueniet, sed angusta fascia.

**Lupus:** Emacrescendum est mihi ut doctus celere sim!

**Leo:** Sane; semper famas sapientum comes, dum insipientes pingues diuitesque fiunt.

**Lupus:** Vae uictis famelicis! Societatem instituam ad exstincturum animal protegendum!

**Leo:** Vere? De quo animali loqueris? De aue rara aliqua ex grippica contagione aegra?

**Lupus:** Immo! Excedit ex oculis nostris homo sapiens! Mox nec uestigia fossilia reliquunt.

**Leo:** Sic fata Bononiensia sinunt, sic necessitatis iugum nobis imponunt!

**Lupus:** Cur talia fata nobis impendent?! Non erat tanti!

**Leo:** Rogo te, oportet credas, sunt mentes plussciae, sunt Europaea foedera, et quod sursum est, deorsum faciunt!<sup>1</sup>

**Lupus:** Cum te audiui, pili mihi inhorruerunt! Pertrepidus iam sum! Quam foedum foedus!

## 2. Tradução

### Conversas apimentadas do Lopo e do Leão Décima parte: sobre os cursos *alla Bolognese*

**Leão:** Olá, Lopo; vais ouvir da minha boca maravilhas de se ouvir, se acreditares em mim!

**Lopo:** Em ti vou acreditar, embora não tenha crédito para te dar!

**Leão:** Novíssimos currículos nos chegam de Bolonha. Há que pôr de lado os cursos honrados e a honradez dos cursos. Agora estão a chegar os ciclos de estudos.

**Lopo:** Quantos ciclos são? Um monociclo, um biciclo ou um triciclo?

**Leão:** Um triciclo será. Mas comecemos pelo primeiro. Um triénio bastará para tu seres um fulano especializadíssimo em coisa nenhuma. Chamam-lhe, portanto, o ciclo da banda larga.

**Lopo:** Isto é que é estudar sem estudo! Vem sobre nós uma nova felicidade: o *homo insipiens* em sentido lato reinará sobre a terra!

**Leão:** Passarei a falar do segundo ciclo. Um biénio será suficiente para te tornares num pequeno mestre.

**Lopo:** Essa foi de mestre! Haverá ainda mais sabedoria para saborear?

**Leão:** Cada vez mais! Finalmente, o terceiro ciclo augusto lá espreita, mas de banda estreita.

**Lopo:** Tenho de emagrecer para doudo mais rápido ser!

**Leão:** Claro; a fome é sempre companheira dos sábios, enquanto os insipientes se tornam gordos e ricos.

**Lopo:** Coitados dos famélicos vencidos! Vou fundar uma sociedade para proteger um animal em extinção!

**Leão:** A sério? De que animal falas? De alguma ave rara pela gripe contagiada?

---

<sup>1</sup> Inspirado em Petrónio, *Satyricon*, 63.9 (mas refere-se aos sortilégios das feiticeiras... o que vem a dar no mesmo!).

---

**Lopo:** Nada disso! Desaparece-nos da vista o *homo sapiens*! Em breve, nem vestígios fósseis restarão.

**Leão:** Assim o determinam os fados à Bolonhesa, assim nos impõem o jugo da necessidade!

**Lopo:** Porque paira sobre nós a ameaça de tais fados?! Não havia necessidade!

**Leão:** Por quem és, tens de acreditar em mim, há cabeças mais sabedoras, há pactos europeus e o que arriba estava abaixo o deitam!

**Lopo:** Ao ouvir-te, até os pêlos se me eriçaram! Ainda estou todo a tremer. Que maltratado tratado!

D.F. LEÃO E J.L.L. BRANDÃO